UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

De Sacrificio Missæ Expedite Celebrando Libri III

Tamburini, Tommaso

Coloniæ Agrippinæ, 1661

Privilegium Tertium consecrandi Calices. n. 9

urn:nbn:de:hbz:466:1-41878

Visual Library

parte, in compendio noſtrorum privilegiorum hoc exſcriptum non invenitur, & ex alia, ipſe P. N. Generalis præſcribit in præfatione dicti compendii, ne quis utatur privilegiis quomodocumque Societati conceſſis, quæ in dicto compendio non ſunt, niſi ſpecialiter impetrentur ab ipſo Generali.

Privilegium tertium Conſecrandi Calices.

9 DEnique idem Rodriquez a ait Provinciales Indiarum ex Minoribus (Adde tu: & aliis cum eorum privilegiis communicantibus) poſſe benedicere, hoc eſt, conſecrare calices, Epiſcopis in provincia non exiſtentibus, per Bullam Leonis X. & Adriani VI. eandemque facultatem poſſe committere, & communicare ſuis Fratribus. Quod privilegium diverſum ſane eſt ab eo, quod modo retuli-

a *Rodriq. in comp. reſ. 13. n. 3.*

retulimus num. 5. ſed cum fere in idem coincidat, nulla indiget explicatione.

§. III.

De pœna celebrantis in Calice non conſecrato.

2 PEccatum mortale committi à celebrante in calice, vel patena non conſecratis, quia fit contra præceptum in re gravi, certum eſt. quare hic ſolum quærimus, an in jure incurratur aliqua pœna. Bonacina *a* ſic habet: *Contra eum, qui utitur calice ligneo, aut calice non conſecrato conſtituta eſt pœna depoſitionis ab officio, & beneficio, c. ultimo de celebratione Miſſarum.* Hæc Bonacina: quod fortaſſe ſumpſit à Suario, *b* qui ſic ait: *Et ideo in c. ultimo de celebratione Miſſarum deponitur Sacerdos*

a *Bonac. de Euch. d. 4. q. ult p. 9. n. 17*

b *Suar. de Sacr. d. 81. ſec. 7. §. Alia autem forma.*